



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

10. De temporibus, quibus benedictiones nuptiales non sunt faciendæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

Sessio XXIV. de Reformat. Cap. X.

249

- num. 3. 4. Et de excommunicat, in particular, extra Bullam, disput. 2. quest. 2. punto 6. Gutier, de matrimonio, capitulo 79. à num. 8. Gaspar Hurtado eodem tract. disput. 6. difficultate 7. cum seqq. Machado en el perfecto Confessor lib. 1. p. 3. tract. 4. docum. 4. num. 4.
2. a. Precipit sancta Synodus omnibus cuiuscumque gradus, &c.] Excommunicationem in hoc decreto committantibus solam afficere, qui tempore dominum, & iurisdictionem in foro externo habent, quia Concilium de his tantummodo loquitur, resoluunt Molin. dict. disput. 176. vers. ad secundam partem, Fr. Emman. in summ. p. 1. cap. 232. num. 7. Sanch. d. lib. 4. disput. 22. num. 9. Bonacina de excommunicatis, in particulari extra Bullam disp. 2. q. 2. punto 6. num. 5.
- Contra Soar. de censur. disp. 23. sect. 7. num. 6. vers. quarta, Filluc. tract. 14. cap. 6. quest. 4. num. 86. existimantes istam excommunicationem uniuersalem esse, & omnes comprehendere.
3. Vnde parochum non incurtere hanc excommunicationem, quia iurisdictione caret in foro externo resoluunt Bonacina d. disput. 2. q. 2. punto 6. num. 5. vers. tertio, Gaspar Hurtado d. disp. 6. diff. 8. in fine.
4. Item neque Regem, Reginam, Imperatorem, & Imperatricem, quia istae personae videntur speciali notae dignae, tum quia Papa dum intendit hos ligare, solet eos exprimere, resoluunt Sanch. d. disp. 22. num. 10. Bonacina d. punto 6. num. 7. Gaspar Hurtado d. disp. 8. in fine.
5. Neque Episcopum, qui non est dominus temporalis, cogentem aliquem ad matrimonium, in istam excommunicationem incidere, resoluunt Bonacina d. punto 6. numero 6. Gaspar Hurtado citato loco, contra plures.
6. Neque patrem cogentem iniuste filium, vel filiam ad matrimonium huic censurae subiici assertant Aegid. de Coninc K de Sacrament. tom. 2. disput. 28. dub. 5. Bonacina dict. punto 6. num. 5. vers. secundo, post Henr. & Sanch. Gaspar Hurtado d. diff. 8. num. 29.

Contra Ludou. Lop. in instruct. p. 1. cap. 44. vers. si aliquis, Albornoz de arte contractuum, lib. 4. titul. 1. Mart. de iuri d. part. 4. cap. 71. numer. 23. existimantes hoc decreto intelligi de parentibus, & alijs quibuscumque impedientibus matrimonium.

b Sub anathematis pena quam ipso facta incurvant. Hanc 7. penam anathematis esse penam excommunicationis maioris, asserunt Nauarr. in man. capitulo 27. numero 150. Ludouic. Lopez loco proximè citato, Henr. dict. capitulo 6. §. 6. Sanch. d. lib. 4. disp. 22. num. 8. Gaspar Hurtado disp. 6. diff. 7. num. 27.

Contra Verac. in append. ad Specul. p. 1. art. 6. existimant non esse penam excommunicationis maiors, sed maledictionis solemnis.

y Cogant. Idem esse ac per vim & iniuriam inducere, quia intelligitur de coactione iniusta, & mortaliter peccaminosa, tenent Soar. de censur. disp. 23. sect. 7. num. 6. vers. quarta, Filluc. tract. 14. cap. 6. quest. 4. num. 86. Gaspar Hurtado d. difficult. 7. vers. secundo, Bonacina d. disp. 2. quest. 2. punto 6. num. 2. ubi subdit ideo excommunicationem incurvere, qui graue malum alciui minatur, nisi matrimonium contrahat, & qui renuit alciui debitum magni momenti soluere, eo quod nolit matrimonium contrahere, quia dicuntur faltem indirecte cogere ad matrimonium.

In hac tamen excommunicatione non includi illos, 9. qui impediunt matrimonium contrahere, quia hic non est fermo de prohibentibus, sed de cogentibus, resoluunt Henr. dict. lib. 11. cap. 6. §. 5. in commento, Nauarr. in man. capitulo 27. num. 150. Menoch. cons. 64. numero 61. Molin. dict. disp. 170. vers. ad secundam partem Basili. Pont. d. §. 12. vers. ex dictis, Aegid. de Coninc K d. to. 2. disp. 28. dub. 5. num. 48. Bonacina de maritim. quest. 3. punto 8. num. 34. vers. secundo, & quest. 4. punto 17. num. 26. vers. negue obstat primo, & de excommunicatis, in partic. extra Bullam, disp. 2. q. 2. punto 6. num. 3. Gaspar Hurtado d. diff. 7. num. 26. vers. secundum, in fine.

De temporibus, quibus benedictiones nuptiales non sunt facienda.

C A P V T X.

1. Doctores de materia cap. agentes.

2. Tempus Aduentus, & Quadragesima quando incipiatur.

3. Matrimonium non dirimitur si celebretur temporibus prohibitis, peccant tamen celebrantes.

4. Et arbitraria pena puniuntur.

5. Matrimonium consummare quod erat iam contratum, bis temporibus non prohibetur.

6. Matrimonium de licentia Ordinarij potest bis temporibus prohibitis sine solemnitate celebrari.

* A B aduentu Domini nostri Iesu Christi usque in diem Epiphanie, & feria quarta Cinerum usque in octauam Paschatis inclusuè, antiquas solemnium nuptiarum prohibitions & diligenter ab omnibus obseruari sancta Synodus præcipit: in alijs vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit: quas Episcopi, ut ea, quæ decet, modestia, & honestate fiant, curabunt; sancta enim res est matrimonium, & sancte tractandum.

1. V Ide Matiens. in rubric. tit. 1. gloss. 1. num. 147. lib. 5. noue recopiat. Henr. in sum. lib. 1. 1. cap. 16. §. 2. Cened. ad Decretal. collect. 22. Petr. de Ledesma in summ. p. 1. de Sacrament. vbi de facram. matrim. cap. 10. conel. 8. dub. 1. vers. sel. tertio. Fernandez in examine Theolog. moralis p. 3. cap. 17. §. 2. numer. 9. & 10. Molfes. in summ. Theologia moralis. tract. 4. capitulo 11. num. 10. cum seqq. Sanch. de matrimonio libro 7. disputat. 7. Bonacina eod. tract. quest. 3. punto 14. numer. 4. Gaspar Hurtado in simili tract. disputat. 5. diff. 23. à numero 83. Valer. Reginald. in praxi fori panis lib. 31. num. 188. Poffeuin. de officio Curati cap. 10. num. 25. vers. queritur, metuimus de officio & potest. Episcopi. p. 2. alleg. 32. num. 193. cum seqq. Et de officio, & potest. Parochi cap. 21. à num. 11. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccles. part. 4. resol. 557. cum seqq.

2. a Ab aduentu Domini. &c.] Tempus Aduentus in hac prohibitione incipere a primis vesperis sabbati precedentis, in feria autem quarta Cinerum à media nocte illius terit, tenent Sanch. dict. libro 7. disputat. 7. numero 2.

* Cœcil. Laodic. 52. Cœcil. Saleugst. c. 3. canon opertor. cum trib. seqq. 23. q. 4. c. Capellanus de ier.

Molfes. d. tract. 4. cap. 11. num. 11.

Contra Caualcan. pars. 2. decis. 12. de contract. quæ est in ordine 58. numero 19. existimantem incipere tempus Aduentus in hac prohibitione à media nocte, quæ est initium diei prima Dominicæ Aduentus, vbi confutendo aliud non expofuerint.

b Diligenter obseruari, &c.] Contrarium facientes pecare mortaliter, ob id tamen non dirimi matrimonium, resoluunt Matien. d. gloss. 1. numer. 147. Cened. d. collect. 22. num. 2. Sanchez dict. disputat. 7. à num. 3. Aloys. Ricc. in decision. Curia Archip. Neapol. p. 4. decision. 8. num. 3. Ego ipse d. alleg. 32. num. 196. refert decisum Armendar. in addit. ad resop. legum Nauarr. lib. 4. titul. 1. 1. de matrimonio. num. 10.

Peccata graui plectendum esse qui aduersus hoc præceptum illo vetito tempore fecerit, arbitraria tamen, cum nulla in iure prescripta sit, resoluunt Calci. in repet. cap. ad limina 30. quest. 1. §. 4. numero 550. Fr. Emman.

11



In sum. tom. I, capitulo 241. numero 4. Sanch. d. libro 7. disputat. 7. numero 4. vbi numero 7. tenet non prohiberi eo tempore sponsalia de futuro, & numero 8. resolut denunciations matrimonio præmittendas, posse tunc fieri, de quibus omnibus nouissime Aloys. Ricc. in d. præxi rerum fori eccl. p. 4 resol. 558. cum seqq.

Consummare matrimonium antea contractum his temporibus prohibitum non esse, cum iura loquuntur de contractione, tenent Nauarr. in man. capitulo 22, numero 71. Sanchez dicit. disputat. 7. numero 21. Aegid. de ConincK de Sacrament. tom. 2. disputat. 30. dub. 3. ad fin. V-

ler. Reginald. in præxi fieri penitent. lib. 3. 1. numero 189. Ego ipse d. alleg. 32. num. 193.

Matrimonium de licentia Ordinarij posse his temporibus prohibitis sine solemnitate celebrari, resolutum decimusque referunt Galet. in margarita casuum conscient. verb. matrimonium pag. 163. col. 1. Franc. Leo in thesauro fori eccl. part. 2. capitulo 9. numero 57. Sanch. dicit. disputat. 7. numero 12. Valer. Reginald. d. libro 31. numero 188. Aegid. de ConincK dicit. disputat. 30. dub. 3. num. 36. Aloys. Ricc. in decisione Curia Archiep. Neapol. decis. 8. per tot. p. 4. Ego ipse d. alleg. 32. num. 194.

DE REFORMATIONE.

De iusta, ac saluberrima electione Prælatorum, ac Cardinalium habenda.

C A P V T P R I M U M.

- 1 *Doltores de materia huius cap. agentes.*
- 2 *Gregorius X IV. quoad Prælatorum electionem renouauit, & in multis ampliauit huius cap. ordinacionem.*
- 3 *Missa de Spiritu sancto præmittenda est pro forma, & validitate electionis.*
- 4 *Electio promotorum ad Episcopatus fieri debet sub peccato mort. de digniore, & utiliore Ecclesiæ.*
- 5 *Professionem fidei emittunt prouisi de monasterijs,*
- 6 *Conuentibus, domibus, &c.*
- 7 *Ea omnia & singula, que de Episcoporum præficiendorum vita, & atate, doctrina, & ceteris qualitatibus constituta sunt, in creatione S.R.E. Cardinalium, etiam si Diaconi sint, exigenda sunt.*
- 8 *Ætas ad Cardinalatum eadem requiritur, que desideratur ad Episcopatum.*
- 9 *Legitimi per subsequens matrimonium non admittuntur ad Cardinalitatem dignitatem.*

Si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus prouidenter, scienterque curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposteriorum: multo magis elaborandum est, ut in electione eius qui supra omnes gradus constitutur, non eretur: nam tutius familiæ Domini status, & ordo mutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vnde, et si alias sancta Synodus de promouendis ad cathedrales, & superiores Ecclesiæ non nolum la vtiliter decreuit: hoc tamen munus huiusmodi esse censem, ut si pro rei magnitudine expendatur, numquam satis cautum de eo videri possit. Itaque statuit, ut cum primum Ecclesia vacauerit, a supplicationes, ac preces publicè, priuatimque habeantur, atque à Capitulo per ciuitatem & diœcesim indicantur: quibus Clericus, populusque bonum à Deo Pastorem valeat impetrare. Omnes vero, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcumque ijs, quacumque ratione, à Sede Apostolica habent aut alioquin operam suam præstant, nihil in ijs pro præsenti temporum ratione innouando hortatur, & monet ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem vtilius posse facere, quam si bono Pastores, & Ecclesiæ gubernanda idoneos promoueri studeant: sed que alienis peccatis communi-cantes mortaliter peccare, & nisi quos digniores & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint, & quos ex legitimo matrimonio natos & vita, & atate, doctrina, atque alijs omnibus qualitatibus prædictos sciant, quæ iuxta sacros Canones, & Tridentinæ huius Synodi decreta requiruntur. Quoniam vero in sumendo de prædictis omnibus qualitatibus graui, idoneoque bonorum, & doctorum virorum testimonio, non uniformis ratio vbiique ex nationum populorum, ac morum varietate potest adhiberi: mandat sancta Synodus, ut in provinciali Synodo: per Metropolitanum habenda, præscribatur quibusque locis, & prouincijs propria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis facienda forma, Sanctissimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis vtilis, atque opportuna esse videbitur: ita tamen, ut, cum deinde hoc examen, seu inquisitio de persona promouenda perfecta fuerit: ea in instrumentum publicum redacta cum toto testimonio, & ae professione fidei ab eo facta, quamprimum ad Sanctissimum Romanum Pontificem omnino transmittatur: ut ipse Summus Pontifex, plena potius negotijs, ac personarum notitia habita, pro gregis Dominicani commodo de illis, si idonei per examen, seu per inquisitionem factam reperti fuerint, Ecclesijs possint vtilius prouidere, & omnes vero inquisitiones, informationes, testimonia ac probationes, quacumque de promouendi qualitatibus, & Ecclesiæ statu à quibuscumque, etiam in Romana Curia, habitæ, per Cardinalem, qui relationem facturus erit in Consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, ac relatio ipsa Cardinalis relatoris & trium Cardinalium subscriptione roboretur: in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirment, se, adhibita accurata diligentia, impenitus promonendos qualitatibus à iure, & ab hac sancta Synodo requisitis, prædictos, ac certo existimare sub periculo salutis aeternæ idoneos esse, qui Ecclesijs

Sup. de reformat. less. 6. cap. 2. & 3. & tell. 22. c. 2.

b Cap. cum in cunctis, & c. cum nobis olim de elec-tio. Concl. Lateran. sub Leone X. de reform. Cu-riæ in princ. tell. 9. cum allegat. sup. tell. 22. de re-form. c. 1. & S.D.N. Pius IV. in Bullâ super forma iuramenti professoris hodei.

d In dictis locis.